1483 ISIDORUS

Ha... x 927 ... 1483

473 ✓ *Isidorus*, Etymologium libri XX. (Venedig, Petr. Lösslein, 1483.) Fol. Pergbd.

Uppsala Universitets Bibliotek

35 b : 324

Fol min

Komplett ex. Se: Ink. 35 b : 324 a.

Isidore de Seville.

Guttatus albus nigris interuenientibus punctis. Candidus autem ⁊ albus inuicem ſibi differunt. Nam albus cum quodam pallore eſt. candidus vero niueus ⁊ pura luce perfuſus. Canus dictus qui ex candido colore ⁊ nigro eſt. Scutulatus vocatus propter orbes quos habet candidos inter purpureos. Uarius ꝙ vias habeat colorũ impariũ. Qui aũt albos tm̃ pedes habent petuli appellantur. qui frontẽ albam. calidi. Ceruinus eſt quem vulgo guaranem dicunt. Granem idem vulgus vocat. ꝙ in modũ grei ſit coloris. Myrteus aũt eſt preſſus in purpura. Doſinus autẽ dictus. ꝙ ſit color eius de aſino. idẽ ⁊ cinereus. Sũt aũt hi de agreſti genere orti. quos equiferos dicimus. ⁊ proinde ad vrbanã dignitatẽ trãſire nõ pñt. Mauron niger ẽ. Nigrũ enim greci mauron vocant. Mannus vero equus breuior eſt. quẽ vulgo brunicum vocant vel brunitium. Ueredos antiqui dixerunt. ꝙ veherent redas. id eſt ducerent. vel ꝙ vias publicas currant ꝑ quas ⁊ redas ire ſolitũ erat. Equorũ tria ſunt genera. Unũ generoſum prelijs ⁊ oneribus aptũ. Alterũ vulgare atq; gregariũ ad vehendũ non ad equitandũ aptũ. Tertiũ ex ꝑmixtione diuerſi generis ortũ. qđ etiã bigenerũ dicitur. q2 ex diuerſis naſcitur. ut mulus. Mulus aũt a greco tractum vocabulum habet. eo ſcilicet ꝙ iugo piſtorũ ſubactus tardas molẽdo ducat in gyrũ molas. Iudei aſſerũt ꝙ ana abnepos eſau equarũ greges ab aſinis in deſerto. ipſe fecerit primus aſcendi. ut mulorum inde noua contra naturã animalia naſcerẽtur. Onagros q; ad hoc admiſſos eſſe ad aſinas. ⁊ ipſũ iſtiuſmodi reperiſſe concubitũ. ut velociſſimi ex his aſini naſcerentur. Induſtria quippe humana diuerſũ animal in coitu coegit. ſicq; adulterina commixtione genus aliud reperit. ſicut ⁊ iacob contra naturã colorũ ſimilitudines ꝓcurauit. Nã tales fetus oues illius concipiebant. quales vmbras arietũ deſup aſcendentiũ in aquarũ ſpeculo cõtẽplabantur. Deniq; ⁊ hoc ipſũ i equarũ grege fieri fertur. ut generoſos obijciant equos viſibus concipientiũ. quo eorum ſimiles concipere ⁊ creare poſſint. Nam ⁊ colũbarum dilectores depictas ponũt pulcherrimas colũbas iiſdẽ locis quibus ille verſantur. quo rapiente viſu ſimiles generent. Inde eſt ꝙ quidã grauidas mulieres iubent nullos intueri turpiſſimos animaliũ vultus ut cenocefalos ⁊ ſimias. ne viſibus occurrẽtes ſimilis fetus pariant. Hanc enĩ feminarũ dicunt eſſe naturã. ut quales preſpexerint. ſiue mente cõceperint in extremo voluptatis eſtu dũ concipiunt. talem ſobolẽ ꝓcreent. Etenim animal in vſu venereo formas extrinſecas intus tranſmittit. eorũq; ſatiata typis rapit ſpecies eorum in ꝓpriã qualitatẽ. In aiantibus bigenera dicuntur que ex diuerſis naſcũtur. ut mulus ex equa ⁊ aſino: burdo ex equo ⁊ aſina. hybride ex apris ⁊ porcis. tityrus ex oue ⁊ hirco. muſino ex capra ⁊ ariete. Eſt autẽ dux gregis.

De beſtijs Cap. II.

b Beſtiarũ autem vocabulũ ꝓprie conuenit leonibus. pardis. tigribus. lupis. ⁊ vulpibus. canibuſq; ⁊ ſimijs ⁊ ceteris que vel ore vel vnguibus ſeuiũt. exceptis ſerpentibus. Beſtie aũt dicte a vi q̃ ſeuiũt. Fere appellantur eo ꝙ naturali vtantur libertate ⁊ deſiderio ſuo ferantur. Sũt autem libere earum voluntates. ⁊ huc atq; illuc vagantur. ⁊ quo animus duxerit. eo feruntur. Leonis vocabulũ ex greca origine inflexũ eſt in latinum. Grece enim leon vocatur. ⁊ ẽ nomen nothũ. quia ex parte corruptũ. Leena vero totũ grecum eſt. ſicut ⁊ dracena. Ut autẽ leena lea dicatur. vſurpatum eſt a poetis. Leo aũt grece latine rex interpretatur. eo ꝙ ſit princeps omniũ beſtiarum. Cuius genus trifarium dicitur. E quibus breues. ac iuba criſpa imbelles ſũt. lõgi ⁊ coma ſimplici acriores. Animos eorũ frons ⁊ cauda indicat. Uirtus eorum i pectore. firmitas in capite. Septi aũt a venatoribus terram contuentur. quo minus conſpectis venabulis terreantur. Rotarũ timent ſtrepitus. ſed ignes magis. Cum dormierint vigilant oculi. Cum ambulãt cauda ſua cooperiũt veſtigia ſua ne eos venator inueniat. Cum genuerint catulũ. tribus diebus ⁊ tribus noctibus catulus dormire fertur. Tunc deinde patris fremitu vel rugitu veluti tremefactus cubilis locus ſuſcitare dicitur catulũ dormientẽ. Circa hominẽ leonũ natura ẽ benigna. ut niſi leſi nequeãt iraſci. Patet enĩ eorum miſericordia exemplis aſſiduis. Proſtratis enim parcunt. captiuos obuios repatriare ꝑmittũt. hoiem nõ niſi i magna fama interimũt. De quibus Lucretius: Scimniſq; leonum ⁊c. Tigris vocata ꝓpter velocẽ fugã. Ita enim nominant perſe ⁊ medi ſagittã. Eſt enĩ beſtia varijs diſtincta maculis. virtute ⁊ velocitate mirabilis. ex cuius noĩe flumẽ tigris appellatur. ꝙ is rapidiſſimus ſit omniũ fluuiorum. Has magis hyrcania gignit. Panther dictus ſiue ꝙ omniũ animaliũ amicus ſit. excepto dracone. ſiue quia ⁊ ſui generis ſocietate gaudet. ⁊ ad eãdẽ ſimilitudinẽ quicquid accipit reddit. Pan enĩ grece omne dicitur. Beſtia hec ẽ minutis orbiculis ſuppicta ita ut oculatis ex fuluo circulis nigra vel alba diſtinguatur varietate. Hec ſemel oĩo parturit. cuius cauſe ratio manifeſta eſt. Nam cũ in vtero matris coaluere catuli. maturiſq; ad naſcẽdũ viribus pollẽt. odiũt tẽporũ moras. itaq; oneratam fetibus vuluam tanq̃ obſtantẽ partui vnguibus lacerant. effundit illa partũ. ſeu potius dimittit. dolore cogẽte. Ita poſtea corruptis ⁊ cicatricoſis ſedibus genitale ſemẽ infuſũ nõ heret acceptũ. ſed irritũ reſilit. Nã Plinius dicit animalia cũ acutis vnguibus frequenter parere non poſſe. Uiciantur enim intrinſecus ſe mouentibus catulis. Pardus ſecũdus poſt pantherẽ. eſt genus variũ ac velociſſimũ ⁊ preceps ad ſanguinem. Saltu enim ad mortem ruit. Leopardus ex adulterio leene ⁊ pardi naſcitur. ⁊ tertiã originẽ efficit. ſicut ⁊ Plinius in naturali hiſtoria dicit

leonē cum parda· aut pardū cum leęna concūbere
⁊ ex vtroqꝫ coitu degeneres partus creari· ut mu-
lus ex equa ⁊ aſino. Rhinoceron a gręcis vocatꝰ·
latine interpretatᷣ in nare cornu. Idē ⁊ monoce-
ron· id eſt vnicornis· eo ꝙ vnum cornu in media
fronte habeat pedū quattuor· ita acutū ⁊ validū
ut quicquid impetierit· aut ventilet aut perforet.
Nā ⁊ cū elephantis ſępe certamen habet. ⁊ i ven
tre vulneratū ꝓſternit. Tantę aūt ē fortitudinis
ut nulla venantiū virtute capiatᷣ. ſꝫ ſicut aſſerunt
qui naturas animalium ſcripſerunt· virgo puella
pręponitᷣ quę venienti ſinū aperit· i quo ille omni
ferocitate depoſita caput ponit· ſicqꝫ ſoporatꝰ ve-
lut inermis capitᷣ. Elephantē gręci a magnitu-
dine corporis vocatū putant· ꝙ formam montis
pręferat. Gręce enim mons elepho dicitᷣ. Apud
indos aūt a voce barro vocatᷣ. Unde ⁊ vox eius
barritus dicitᷣ. ⁊ dentes eꝰ ebur. roſtrū aūt pro-
moſcida dicitᷣ· qm̄ illo pabulū ori admouet. ⁊ eſt
angui ſimilis· vallo munitus eburneo. Hos bo-
ues lucas vocabant antiqui romani. boues· quia
nullū animal grandius videbant· lucas q: in lu-
cania illos primos pyrrhus in pręlio obiecit ro-
manis. Nā hoc genus animantis in rebus bel-
licis aptū eſt. In eis eni perſę ⁊ indi ligneis tur-
ribus collocatis tanꝙ̄ de muro iaculis dimicāt.
Intellectu aūt ⁊ memoria multa vigent. Grega-
tim incedūt· motu quo valent ſalutant homines·
murē fugiūt· auerſi coeunt· quādo aūt parturiūt:
in aquis uel in inſulis dimittūt fętus· ꝓpter dra-
cones q: inimici ſunt ⁊ ab eis implicati necantur
Biennio aūt portant fętus· nec amplius ꝙ̄ ſemel
gignūt· nec plures ſꝫ tm̄ vnum. Viuūt aūt annos
trecentos. Apud ſolam africā ⁊ indiā elephanti
prius naſcebantᷣ· nūc ſola eos india gignit. Gry-
phes vocatᷣ· ꝙ ſit aīal pēnatū ⁊ quadrupes. Hoc
genus ferarū in hyꝑboreis montibꝰ naſcitᷣ· omni
parte corporis leones ſunt· alis ⁊ facie aquilis ſi-
miles· equis vehementer infeſti. Nā ⁊ homines
viuos diſcerpunt. Cameleon nō habet vnū colo-
rem ſed diuerſa varietate conſperſus· ut pardus.
Dictus aūt ita· eo ꝙ cameli ſimilitudinē habet ⁊
leonis· huiꝰ cameleontis corpuſculum ad colores
quos videt facillima conuerſione variatᷣ· qd̄ ani-
maliū alioꝝ nō eſt ita ad conuerſionē facilis cor-
pulentia. Cameleopardus dictus qd̄ dum ſit ut
pardus albis maculis ſupaſperſus· collo equo ſi-
milis· pedibus bubalis· capite tm̄ camelo ſimilis.
hunc ęthiopia gignit. Linx dictus q: in luporū
genere numeratᷣ· beſtia maculis diſtincta terga ut
pardus· ſꝫ ſimilis lupo. Unde ⁊ ille licos· iſte linx
Huiꝰ vrinam conuerti in duritiā precioſi lapidis
dicūt qui liguriꝰ appellatᷣ· ꝙ ⁊ ipſos linces ſentire
hoc documēto ꝓbatᷣ. Nā egeſtū liquorem hare-
nis inquantū potuerint contegūt inuidia quadā
nature· ne talis egeſtio trāſeat in vſum humanū.
Linces dicit Pliniꝰ extra fętū vnū nō admittere
ſecundū. Caſtores a caſtrando dicti ſunt. Nam
teſticuli eoꝝ apti ſunt medicaminibꝰ ꝓpter ꝙ cum
pręſenſerint venatorē ipſi ſe caſtrant ⁊ morſibus
vires ſuas amputāt. De quibꝰ Cicero in ſcauria-
na· redimūt ſe a parte corporis· ꝓpter ꝙ maxime ex-
petuntᷣ. Iuuenalis. Qui ſe eunuchū ipſe facit· cu-
piens euadere damna teſticuli. Ipſi ſunt ⁊ fibri q̄
etiam pontici canes vocantᷣ. Urſus fertᷣ dictus· ꝙ
ore ſuo formet fętus· quaſi orſus. Nam aiunt eos
informes generare partus. ⁊ carnē quandā naſci
quā mater lambiēdo in membra componit· vnde
eſt illud: Sic format lingua fętū cū ꝓtulit vrſa.
Sꝫ hoc imaturitas partus facit. Deniqꝫ. xxx. die
generat. vnde euenit· ut precipitata fęcūditas in-
formis ꝑeat. Urſorū caput inualidū· vis maxi-
ma i brachijs i ⁊ lumbis. Unde interdū erecti in-
ſiſtunt. Lupus gręca deriuatiōe in linguā noſtrā
transfertᷣ. Lupos eni illi licos dicūt. Licos autem
gręce· a morſibꝰ appellatᷣ ꝙ rabie rapacitatᷣ queqꝫ
inuenerit trucidet. Alij lupos vocatos aiunt· q̄ſi
leopos ꝙ quaſi leoni ita ſit illi virtus in pedibꝰ.
vnde quicqͥd pede preſſerit· nō viuit. Rapax autē
beſtia ⁊ cruoris appetens. De quo ruſtici aiūt· vo-
cem hominē ꝑdere ſi eū prior lupus viderit. Un-
de ⁊ ſubito tacenti dicitᷣ: lupus i fabula. Certe ſi
ſe ꝑ viſū ſenſerit· deponit feritatis audaciā. Lu-
pi toto anno nō amplꝰ ꝙ̄ diebus. xij· coeūt· famē
diu portant. ⁊ poſt longa ieiunia multū deuorāt.
Lupos ęthiopia mittit ceruice iubatos. ⁊ tanto
varios· ut nullū colorem dicant illis abeſſe. Ca-
nis nomen latinū gręcā etymologiā videtᷣ habe-
re. Gręce eni cinos dicitᷣ· licꝫ eū quidā a canore la
tratus appellatū eſtimēt. eo ꝙ inſonet· vnde ⁊ ca-
nere. Nihil aūt ſagacius canibꝰ. Plus eni ſenſus
cęteris animalibus habēt. Nāqꝫ ſoli ſua nomi-
na recognoſcūt· dños ſuos diligūt· dominoꝝ tec-
ta defendūt. ꝓ dñis ſuis ſe morti obijciūt· volū-
tarie cū domino ſuo ad prędā currūt· corpus do-
mini ſui etiā mortuum nō relinquūt. Quorū po-
ſtremo natura ē extra homines eſſe nō poſſe. In
canibus duo ſūt expectāda· aut fortitudo aut ve-
locitas. Catuli abuſiue dicuntᷣ quarūlibet beſtia-
rū filij. Nam catuli ꝓprie canū ſūt· ꝑ diminutio-
nem diſtincti. Liciſci aūt dicuntᷣ· ut ait Plinius
canes nati ex lupis ⁊ canibꝰ cum inter ſe forte mi-
ſcentᷣ. Solent ⁊ inde fęminas canes noctu in ſil-
uis alligatas admitti ad tigres beſtias· a quibus
inſiliri ⁊ naſci ex eodē fętu canes adeo acerrimos
⁊ fortes· ut complexu leones proſternant. Uul-
pes dicta quaſi volupes. Eſt eni volubilis pedi-
bus ⁊ nūꝙ̄ rectis itineribꝰ· ſꝫ tortuoſis anfracti-
bus currit· fraudulentū aīal· inſidijſqꝫ decipiēs.
Nā dū nō habuerit eſcā fingit mortē· ſicqꝫ deſcē-
dentes quaſi ad cadauer volucres rapit ⁊ deuo-
rat. Simię gręcū eſt nomen· id eſt preſſis naribꝰ.
Unde ⁊ ſimias dicimꝰ· ꝙ ſuppreſſis naribꝰ ſint. ⁊
facie fęda· rugis turpiter follicātibꝰ· licꝫ ⁊ capel-
larū ſit preſſum habere naſum. Alij ſimias latino
arbitrantur ſermone vocatas· eo ꝙ multa in eis

ſimilitudo rationis humanę ſentit. ſed falſum eſt.
Hę clementeoꝝ ſagaces noua luna exultant. me-
dia et caua triſtant. Fetus quos amant ante ſe ge-
ſtant. neglecti circa matrē hęrent. Horū genera
quinq ſunt. ex quib' circopeci caudas habent.
Simia enī cū cauda eſt quā quidā durā vocant.
Sfingę villoſę ſūt comis. mammis pminentibus.
dociles ad feritatis obliuionem. Cenocephali. et
ipſi ſimiles ſimijs. ſed facie ad modū canis. vnde et
nuncupati. Satyri facie admodū grata. et ge-
ſticulatis motib' inquieti. Callitrices toto pe-
ne aſpectu a ceteris diſtant. Sūt enī in facie pro-
ducta barba. et lata cauda. Leontofonos beſtia
modica. et ex eo ita vocata. q: capta exurit. eiuſq
cinere aſperſę carnes. et poſitę p compita ſemitaꝝ
leones necāt ſi quantulācūq ex illis ſumpſerint.
Strix animal in africa herinatij ſimile. vocatū
a ſpinarū ſtridore quas tergo laxatas emittit et
canes in ſequētes vulnerat. Enydros beſtiola ex
eo nūcupata ꝙ in aquis verſet. et maxime in nilo.
Quę ſi inuenerit dormientē crocodilū. voluat
ſe in lutū primū et intrat p os eius in ventrē et car
pens oia interiora eius exit viua de viſceribus
crocodili ipſo mortuo. Hic neomon grece vocat'
eo ꝙ odore ſuo et ſalubria ciboꝝ et venenoſa pro-
dant. De quo Dracontī' ait. Prędicit ſuillus vim
cuiuſcūq veneni. Suillus aūt a ſetis eſt nuncu-
patus. Hic etiā ſerpentes inſequit. qui cū aduer-
ſus aſpidē pugnat. caudā erigit. quā aſpis maxi-
me obſeruat. qſi minantē. ad quā cum vim ſuam
transferet decepta corrūpit. Muſio appellatus ꝙ
murib' infeſtus ſit. Hūc vulgus catū a captura
vocat. Alij dicunt ꝙ captat. id eſt videt. Nam
tāto acute cernit ut fulgore luminis noctis tene-
bras ſuperet. Unde et a grecis venit catus. id eſt
ingenioſus. ἀπὸ τοῦ καίειν. Furo a furuo di-
ctus. vnde et fur. Tenebroſos enī et occultos cu-
niculos effodit. et eijcit prędā quā inuenerit. Me-
lo uel ꝙ ſit rotundiſſimo mēbro. uel ꝙ fauos pe-
tat. et aſſidue mella captet.

De minutis animantibus Cap. iii.

m Us puſillū animal. grecū illi nomen eſt.
qcqd ēo ex eo trahit latinū fit. Alij dicūt
mures ꝙ ex humore terrę naſcant. Nam
mus terra. vnde et hum'. His in plenilunio iecur
creſcit. ſicut quędā maritima augent. quę rurſus
decreſcente luna deficiūt. Sorex latinū eſt eo ꝙ
rodat. et in modū ſerrę pręcidat. Antiqui aūt ſo-
ricem ſauricē dicebant. ſicut et clodum claudum.
Muſtela dicta. quaſi mus longus. Nā telum a
longitudine dictū. Hęc ingenio ſubdola in do-
mibus vbi nutrit catulos ſuos transfert mutatq
ſedē. Serpētes etiā et mures pſequit. Duo aūt ſūt
genera muſtelarū. Alterū enī ſilueſtre eſt. diſtans
magnitudine. qd greci ictidas vocāt. alterum in
domib' oberrans. Falſo aūt opinant qui dicunt
muſtelā ore cōcipere. aure effundere partū. Mu-
ſaraneū: cuius morſus araneę: eſt i ſardinia ani-
mal periguū. araneę forma. cui' morſu pręciduntur
tur recta. quę ſolifuga dicit. ꝙ die fugiat. In me-
tallis argentarijs plurima eſt. occulta reptans et
p imprudentiā ſupſedentibus peſtē facit. Talpa
dicta. ꝙ ſit damnata cecitate ppetua et tenebris.
Eſt enī abſq oculis. ſemp terram fodit: et humū
egerit. et radices ſubter frugib' comedit. quā gre-
ci aſfalā vocant. Glires dicti ſūt. q: pingues eos
efficit ſomnus. Nā gliſcere dicim' creſcere. Hye-
me enī tota dormiunt. et imobiles qſi mortui ia-
cent. tempore ęſtiuo reuiuiſcūt. Herinatius animal
ſpinis coopertū. qd exinde dicit noiatū. eo ꝙ ſub-
rigit ſe qn ſpinis ſuis claudit. quib' vndiq pręte-
ctus eſt contra inſidias. Nā ſtatim ut aliqd pre-
ſenſerit. primū ſe ſubrigit. atq in globū conuer-
ſus. i. ſua ſe arma recolligit. Hui' prudentia quę-
dam eſt. Nā dū abſciderit vuā de vite. ſupinus
ſeſe voluitat ſup eam et ſic eam exhibet natis ſuis.
Grillus. nomē a ſono vocis habet. Hic retro am
bulat. terrā terebrat. ſtridet noctib'. Uenat eum
formica circūligata capillo in cauernā eius con-
iecta aſſlata prius puluere ne ſe abſcondat. ita for-
micę complexibus trahit. Formica dicta eo ꝙ fe-
rat micas farris. cuius ſolertia multa. Prouidet
enī in futurū. et pręparat ęſtate qd hyeme come-
dat. In meſſe aūt eligit triticū. hordeū nō tāgit.
Dū pluit ei ſup frumentū. totum eijcit. Dicunt in
ethiopia eſſe formicę ad formam canis. quę hare-
nas aureas pedibus eruūt. quas cuſtodiūt ne qs
auferat. capientesq ad necem pſequunt. Formi-
coleon ob hoc vocatus q: eſt uel formicarum leo
uel certe formica pariter et leo. Eſt enī aial paruū
formicis ſatis infeſtum. qd ſe in puluere abſcon-
dit. et formicas frumēta geſtātes interficit. Pro-
inde aūt leo et formica vocat. q: alijs animalibus
ut formica eſt. formicis aūt ut leo eſt.

De ſerpentibus Cap. iiii.

a Nguis vocabulū omniū ſerpentiū ge-
nus. ꝙ plicari et cōtorqueri pōt. et inde
anguis ꝙ anguloſus ſit et nūq rectus.
Angues aūt apud antiqs p genijs locoꝝ erāt ha
biti ſemp. vnde et Perſius. Pinge duos angues
pueri ſacer eſt locus. Colubꝰ conſtat ab eo dictū
ꝙ colat vmbras. uel ꝙ in lubricos tractus flexib'
ſinuoſis labit. Nā lubricum dicit quicqd labit
dū tenet. ut piſcis et ſerpens. Serpens aūt nomē
accepit. q: occultis acceſſib' ſerpit. nō apertis paſſi-
bus ſed ſquamaꝝ minutiſſimis niſibus repit. Illa
aūt quę quattuor pedibus nitunt. ſicut lacertę et
ſtelliones. nō ſerpentes ſed reptilia noiant. Ser-
pentes aūt reptilia ſunt. q: ventre et pectore re-
ptant. Quoꝝ tot venena. quot genera: tot pni-
cies. quot ſpecies: tot dolores. quot colores ha-
bentur. Draco maior cunctorum ſerpentium ſiue
omniū animantiū ſup terram. Hunc greci dra-
contā vocant. Unde et deriuatum eſt in latinū ut
draco diceret. q: ſępe a ſpeluncis abſtractus. fert
i aerē concitatq ꝓpter eū aer. Eſt aūt criſtatus.